34

NOS ANDREAS BATHOREUS Miseratione Divina S. R. E. tituli S.ti
Adriani Diaconus Cardinalis, Praepositus Miechoviensis, et designatus Coadiutor Epatus Varmiensis. Notum
facimus omnibus et singulis quorum interest. Quod nos, Venerabiles in Xro nobis dilectos Consiliarios nostros
Dominicum Ferri Theologum nrum, Canonicum Mediolanensem, et Thomam Treterum Cancellarium nostrum
Olomucen. et S. Mariae Transtyberinae in Alma Urbe Canonicum etc. omni meliori modo et forma quibus de
iure debuimus potuimusq., constituimus et designavimus quemadmodum constituimus et designamus in his
scriptis, veros et legittimos Nuncios et Procuratores seu Mandatarios nros, apud Venle Capitulum Eccliae Cathedra-
lis Varmien., in omnibus et singulis causis nris, nominatim vero in negocio capiendae possessionis in Coadiutoria
eiusdem Eccliae Cathedralis Varmien., Dantes et concedentes eisdem plenam, non limitatam facultatem, in omni-
bus et singulis praemissis causis, et negocijs nris, agendi, concludendi, in animam nram iurandi, nec non possessio-
nem Coadiutoriae supradictae Eccliae cum futura successione nro nomine capiendi. Promittentes quod quicquid
per eos in ijs actum gestumve fuerit, nos ratum gratumq. habituros, ac si ipsimet praesentes adessemus et ea ageremus.
In quorum fidem et testimonium praesentes lras manu nra subscriptas sigillo nro solito mandavimus communiri.
Datum in Castro Heilsperg. die 3. Junij Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Quinto.

Andreas Card.lis Bathoreus